Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

390 394

Admiror enim multa in tabernaculo. Ecce quanta admiror in tabernaculo;
Tabernaculum enim dimittit in terra. homines sunt fideles; Admiror in eis
ipsorum membrorum obsequium. quia non in eis regnat peccatum ad obedien
dum desideriis eius. Nec exhibent membra sua arma iniquitatis peccato.
sed exhibent deo uiuo in bonis operibus; Animae seruiendo membra corpo
ris militare Admiror respicio et ipsam animam meam obedientem do
distribuentem opera actus sui frenantem cupiditates. pellentem ignorantiam.
extendentem se ad omnia aspera et dura tolerenda iustitiam et caritatem
impendentem celeris. miror istas uirtutes in anima; sed adhuc in loco taber
naculi ambulo. transeo et haec. et quam admirabile est tabernaculum.
stupeo cum pueniro usque ad domum dei; De qua domo dicitur in alio psalmo.
cum proposuisse sibi quandam durem et difficilem questionem. quare
in hac terra plerumque bene est malis. et male est bonis. aut cognos
cere hoc labor est antemo donec eam in sanctuarium dei et intellegam in nouis
sima; Ibi est enim fons intellectus in sanctuario dei Ad domo dei; Ibi intellexi iste
nouissima et solut questionem de felicitate iniquorum et labore iustorum.
Quomodo solut quia mali cum hic afferuntur ad poenas sine fine seruantur;
et bonicum hic laborant exercentur ut in fine hereditatem consequan
tur; et hoc ille sanctuario dei cognouit. in nouissima intellexit; Ascen
dens tabernaculum puenit ad domum dei quandam dulcedinem sequendo
Interiorem Nescio quam occultam uoluntatem tam quam de domo dei tonare et
suauiter aliquo organo; Cum ille ambulat et in tabernaculo.
audito quodam interiore sono. ductus dulcedine. sequens quod sonabat.
abstrahens se a omni strepitu carnis et sanguinis puenit usque ad domum dei;
Nam uiam suam et ductum suum sicut se commemorat. quasi dicere mus ei.
miraris tabernaculum in hac terra. quomodo puenisti ad secretum domus dei;
Iubilate inquit exultationis et confessionis. sonitus festuitatem celebrantis;
festa cum hic homines celebrant suae luxoriae consuetudinem habent consti
tuere organa ad tedomos suas. aut ponere symphoniacos uel quae
cumque musica ad luxuriam seruientia et illicentia; et ubi audita fuerint
haec. quid dicamus quid transimus quid hic agitur. et respondetur nobis
aliqua ee festa. Natalitia inquit celebrant. nuptiae hic sunt ut non uide
antur ineptia illa carnica. sed excusetur festuitate laetitia. In domo dei
festuitas semperna est; Non enim aliquid ibi celebratur et transit
festum sempiternum; Chorus angelorum uultus presens. dilatatur sine
tamen dum mirantur membra tabernaculi. tra p ductus. e. ad domum dei.